



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula XXXVI. Licentiae pro Praedicatore in Ecclesia Monialium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

detur. Quare cùm in oppido N. nostræ diœcesis de idoneo Concionatore à nobis pro futura. Quadragesima providendum sit, te R. Fratrem N. Ordinis S. N. de vita, morum integritate, ac scientia à tuo superiore multipliciter commendatum, ut nobis per parentes ipsius literas constat, prævia fidei professionis per te coram nobis emissionem, verbi Dei Prædicatorem pro dicto oppido N. in toto quadragesimali tempore facimus, deputamus, & nominamus, & mandantes R. Rectori, Clero, & populo dicti oppidi, ut benignè te recipiant & in omnibus ut decet excipere curent: & insuper tua stante approbatione tibi facultatem concedimus, ut durante dicto quadragesimali tempore in prædicto oppido Sacramentum pœnitentiæ administrare, & Christi fidelibus peccata sua confitentibus absolutionem impertiri valeas cum facultate absolvendi etiam à casibus nobis reservatis à Dominica palmarum per totam octavam Paschæ duratura. In quorum fidem &c. Dat. &c.

FORMULA XXXVI.

Licentia pro Prædicatore in Ecclesia Monialium.

D Rodericus, &c. Tibi R. P. N. Ordinis S. N. à superiore tuo & à nobis approbato facultatem concedimus, ut in Ecclesia exteriori monasterii Monialium S. N. quæ clausa sit, nullique auditores præsentés adsint, exceptis capellano & socio tuo, possis ex suggestu verbum Dei die... prædicare cū devotione, & juxta S. Ecclesiæ Romanæ doctrinam & peracta concione statim ab Ecclesia discedas, nullo prorsus colloquio, aut quovis negotii genere ad crates, rotas, aut alia loca intermixto sub quovis pietatis, aut etiam consanguinitatis prætextu, nec munere ullo etiam minimo accepto juxta formam Bullæ felicis record. Clementis Papæ VIII. Sub pœnis arbitrio nostro &c. In quorum fidem &c. Dat. &c.

CIRCA INDULGENTIAS.

N *E nimia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur, statuit. Conc. Trident. sess. 25. in decreto de Indulgent. ut in illis concedendis moderatio juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem adhibeatur. Vetus autem consuetudo desumitur ex text. in cap. cum ex eo 14. prope fin. de Pœnit. & remiss. ubi decernitur ut cum dedicetur Basilica. non extendatur Indulgentia ultra annum, sive ab uno solo, sive à pluribus Episcopis dedicetur, & deinde in anniversario dedicationis tempore quadraginta dies*

E

sa dies